UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

**Universitätsbibliothek Wuppertal**

# Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales, historici, physici, mathematici, denique ad politiorem litteraturam pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide

Plvtarchi Chaeronensis Ethicorum Sive Moralium

**Plutarchus**

**Impressum Francofor. ad Mœn., M.D.LXXXXII**

In I. de Alexandri fortuna

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-351

Visual Library

*Papius, cognomento Mutilus, cum Popedio Silone.* ibidem 25. Corpore exercitato.] σωμασκήσας *ex ſcripto repoſui, cum fœdè legeretur* συμμαχήσας καὶ. *mox* πολέμου τύχην. *non memini me legere hoc, & πύλην mallem, ideoq́ belli portam reddidi. de qua præter alios Virg. 1. & 7. Aeneid. Conſulis nomen, ſub quo Ianus iterum fuit clauſus, ex hiſtoria & Numa noſtri poſui.*

339. 33. In Abeſcymis.] ἐν ἀβησκύμαις ἐπιστρεφομένης. *Sic omnino eſt in Græco, ſcripto etiam, in quo pro* μυσκῶσαν *eſt ineptè* μυσικῶσαν. *Ego Cumas noui,* ἀβησκύμαις *quid ſit, non inuenio. ſuſpicor autem pro* ἐπιστρεφομένης *eſſe reponendum* ἔτι τρεφομένης: *vt fortunæ puellæ, nec dum adultæ ſatis, ſed certo interim enutritæ loco honos habitus videatur. Budæus hæc verba omiſit interpres, quia (puto) vti corrigerentur ne ipſi quidem ſuccurrebat. Sed & illud* ἡ ὡς ἐλπίδος *videtur ſuppoſiticium. Venus quoque* ἐπιταλάριος *Budæo ignota fuit, vt & ab alijs præterita. quam tamen ego non repudio.* τάλαρος *enim calathum ſignificat, nentium mulierum quaſillum, ad quem Cæneus Ouidianus à Centauris relegatur. Plutarchus in problematis fuiſſe oſtendit, qui inde Talaſium dictum putarent, omen nuptiale. Vt talem Venerem inter tam multas fuiſſe non abſurdum ſit.*

340. 23. Non dimiſſurum.] καὶ προσέσθαι. *omnino legerem* καὶ μὴ προέσθαι. *quid Budæus legerit neſcio, nam de triumpho in meis quidem libris nulla mentio. ſed & quæ ſequuntur, integra non ſunt.* προσύνεργον *ſcriptus habet, non* πρὸς συνεργὸν. *Sed deeſt aliquid. Deinde pro* συννοσήσαζαν, *quod ſcriptus habet, & ratio probat, malè legebatur* συνοδήσαζαν, *voce nihili.*

## IN I. DE ALEXANDRI fortuna.

345. 34. Porrigentibus manus.] συνῆπτον αἱ Ἀθῆναι. *ſic*

*sic scriptus, idq; historia & sensus requirunt, non* Θῆβαι. *neque Budæus historiam mendo posthabuit.*

347.39. Prophthasiam.] οὐδὲ προφθασίαν. *scriptus* προφασίαν. *Apud Strabonem tamen lib. 11. legitur* προφθασίαν. *de hoc aliâs. Idem* ἐμποδισθεῖσα *habet. Sed neutrum expedit sententiam.*

349.16. Non Medicum.] προσήκετο τὸν μηδικὸν, ἀλλὰ τὸν Περ. *legendum est.*

351.16. Quomodo putas eum.] πῶς γὰρ αὐτὸν ἐπὶ. *forte* ἔδει, *vel* οἴει, *aut aliquid tale. sunt & alia passim in hac cuiuscunque autoris ( magni enim Plutarchi esse non credo, & Lysandri dictum, ne cætera persequar, Dionysio tyranno tribuitur ) declamatione, non optimè cohærentia. quæ facilè obseruaueris. & finis non adest, nisi fallor. aut certe abrumpitur oratio pœnè insolenter. sicut & Fortunæ oratio, cuius initio mentio fit, non habetur. Idem de secunda oratione iudico.*

## IN II. DE ALEXANDRI fortuna.

358.38. Libertum se P. R.] ἀπελ. ἑαυτὸν Ῥωμαίων. *Sic & scriptus, & ratio. Nam non Romanum, sed libertum Romani populi se professus est. Mox* μέγα δὲ τὸ ἄρχειν. *scriptus* τῷ *habet. deest vocula, deinde* ἐρέμβετο κενεμβατοῦν ὑπ' ἀναρχίας. *probè.*

360.29. Luxuriant.] *Metri causa scribe* ἀδόκητ'. *nam (quod ante nos notauit quod sciam nemo ) tres sunt senarij de comœdia aliqua sumti. Paulò antè hexameter est* κἄικε γυνὴ *apud Aristophanem equitibus.*

361.40. Non planè.] οὐ πάντως, εἶπεν. *non* πάντα: *ex scripto, cui adstipulatur ratio.*

373.11. Ferreus ille.] σιδάρεος ἐκεῖνος. *alludit ad poetæ alicuius Doricum versum de homine durissimo alioqui, sed vi*